



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 175. Quandonam potissimum rationale officii sui graviter peccet parochus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

satis esse , si per alium semper concionetur ,
in quam sententiam etiam inclinat Possev. c. 3. n.3.

§. 4. Major est obligatio catechizandi quām 766
concionandi, uti omnes docent, & non tantū
pro pueris, qui nunquam sciverunt, sed sāpe etiam
pro adultioribus, qui vel non sciverunt satis, vel
obliti sunt : unde pro concione valde utiliter
proponet Parochus res spectantes ad Præcepta
Fidei, Spei, Charitatis, Sacramentorum,
Iustitiae Christianæ. Vide Leur.p.1.q.429.430.440.
Item quæst. 436, ubi notat, quos admittere possit
ad concionandum in sua Parochia. Item Q.439,
ubi examinat, an suos cogere possit ad conciones
in parochia.

Q. 175. Quandonam potissimum ratione officii sui 767
graviter peccet Parochus. R. Ex communi sententia
peccat graviter, 1. Si deserat gregem, uti à n. 754.
dictum est. 2. Si ignoret ea, quæ necessaria sunt
ad officium & directionem spiritualem ovium,
cùm enim sit ex officio Pastor, Doctor, Judex,
Medicus & Consiliarius in iis, quæ animam ac
salutem concernunt, graviter peccat admittendo
Pastoratum, si ad ista desit ipsi scientia, & quando
insufficientiam advertit, nec potest sufficientiam
acquirere, tenetur dimittere, nisi bonâ fide
processerit, uti n.753. dictum est. 3. Si sit negligens,
ut si per negligentiam ipsius aliquis moriatur
sinè Sacramentis ; si rudes non instruantur,
maximè in necessariis necessitate medii : Si peccata
non impedit, ubi potest ; Synodus Aquisgranensis
c. 36. ait : Sacerdotes pro populorum iniuitate
damnantur, si eos aut ignorantia non erudiant, aut
peccantes non arguant, testante Dño ad Prophetam,
speculatorum domui Israël dedi te, si non fueris
locutus, ut se custodias impius à via sua, morietur,
sanguis

sanguinem verò ejus de manu tua requiram. Hinc falluntur magnopere ; si putent satis esse Misiam populo legere, concionari, catechizare, ministrare Sacra menta , nam tenentur etiam alia adhibere media, quibus Parochianorum saluti prospiciatur. Parocco dicitur, quod Jerem. 1. v. 10. Ecce constitui te ut evellas & destruas & disperdas & dissipes & adfices & plantes : Servire debemus ac privatim convenire etiam illos, qui ad templum accedere non posunt, eò quod domum vel pecora custodire debeant, hui enim, cùm plerumque instructi non sint circa media salutis , sum in gravi necessitate spirituali, quam levare tenet. Parochus secundum dicta Lib. 2. Q. 174. Exemplo præivit Apostolus : Vos scitis, inquit Act. 10. quomodo nihil utilium subtraxerim , quod minus annunciarer vobis , & docerem vos publicè & per domos. 4. Si sit malo exemplo, partim quia vita ejus longè majus præbet scandalum, eò quod simpliciores putent se rectè omnia agere, si non agant pejus quam Pastor suus ; partim etiam quia autoritatem, quam tenentur sibi facere & conservare, ut in concionibus & admonitionibus efficaciam habeant, prorsus amittunt, quod potissimum fit per immoderatas compotationes cum Parochianis.

Meritò legendus esset ab omnibus Parochis Barbosa de Offic. Parochi. c. 3, cuius titulus est: De gravitate formidandi oneris, quod Parocherum humeris imponitur, dum illis animarum cura committitur : Item c. 6. De vita & honestate Parochorum , ubi explicat, quo habitu ut, quibus conviviis & ludis interesse, quibus negotiis & onibus licite vacare possit Parochus. Quæ autem sit obligatio Parochi , ut certos libros habeat

Hinc
Mislam
nistrare
dhibere
iciatur;
Est
isperda;
debem;
implum
pecora
rumque
sum
tenetut
xemplu
Act. 10
id mind
public
partim
idalum,
a agere
n etiam
acere &
ionibus
quod
tationes
Parochis
lus est:
ocherum
m cura
bonitate
itu uti
negotia
e autem
s habeat
&

& quædam annotet, videri potest Léurenus
p. I. q. 432.

D U B I U M VII.

Quæ obligatio Praeceptorum & Discipulorum.

REſp. Inter Praeceptores (idem est de Pæda-⁷⁶⁸ gogis) & Discipulos est, quodammodo eadem obligatio, quæ inter Parentes & liberos. *Unde resolves:*

I. Discipuli peccant, 1. Si Praeceptoribus & Pædagogis non exhibeant honorem & reverenciam. 2. Si non obediant in rebus pertinentibus ad studia & bonos mores. 3. Si eos convitatis, vel contumeliosis verbis traducant. 4. Si negligenter studeant, scholarum aut studiorum tempore lusui vacent, vel otio. 5. Si pecunias Parentum dilapident vel inutiliter expendant. 6. Si malo fine studeant. 7. Si Gymnasii sui Leges, vel Academiæ Statuta (si quidem ea ad peccatum obligent) non servent. 8. Si scientias superstitiones aut veritas addiscant, vel libros prohibitos legant. 9. Si stipendium debitum Doctori suo non solvant, cum possint, v. Navar. c. 23. & 25. *Fill. Tract. 28.* P. 2. c. 10. Q. 1.

II. Magistri & Pædagogi peccant, 1. Si peccata Discipulorum dissimulent, & non corrigant, quando possunt. 2. Si profectum eorum in literis non sedulò promoteant. 3. Si non doceant bonos mores. 4. Si ex proposito falsa doceant ut vera, vel superstitione & saluti noxia. 5. Si non studeant ipſi, ut officio satisfaciant.

6. 52